uituperatione cōpoſita. Omnis ſane cōparationis locus admodū difficilis eſt. p̄ſertim ſi parua maioribus confe ras. tot aūt cōparare, quot ēt uituperare, & laudare cō uenit, perſonas, & res, tēpora, et loca, irrationalia aīa lia, ad hæc plātas. Nō opus eſt, ut q̄ cōparationē faciūt, totum cū toto conferant. inefficax. n. hoc eſt, & nō acre ſed capiti caput componat, hoc. n. uehemēs, quoniā di uidere conſueuimus laudationem, non cōparationē. In hoc p̄gymnaſmate nō eſt comparatio caput, q̄a cōpa ratio eſt tota præexercitato.

¶ Comparatio Achillis, & Hectoris.

Proœmiū Genus

CVm uirtutem uirtuti comparare intenderē Pelei fi lium Hectori cōparādū delegi, & . n. uirtutes per ſe ſunt honorandæ, comparatæ uero ſublimiores fiunt, fuerunt igitur ambo & ſi non ex eadem patria, uerum tamē utraq; laudata. ille enim ex phthia, unde Hella dis cognomentū uenit, hic uero ex troia, quā primi deo rum condidere. Ergo quantum naſci ex ſimili regione æque laudabile eſt, tantum Hector Achilli nō fuit iſe rior. uterq; nati ex laudata terra eādē cognatiōem ha buerunt, utriq; . n. a Ioue prognitifuerūt, Achilles q̄dē ex Peleo, ex Aeaco aūt peleus, et ex Ioue Aeacus, He ctorq; ſimiliter ex Priamo, & Laomedonte, Laomedō a Dardano p̄ceſſit. Dardanus Iouis filius fuit. & p̄ge nitorem Iouē nacti ſimiles parētes habuerūt Achilli q̄ dem Aeacus, & Peleus, quorū ille a ſiccitate græcos li berauit, hic uero propter interemptos Lapithas, The tidem deam uxorem uirtutis præmium meruit. Hecto ri autem progenitor fuit Dardanus, qui primum cum diis uitam duxit, pater uero Priamus urbis a diis con

ſtructæ imperator. Igitur ut ſimile eſt cum diis habitare, & ſimul cum numinibus uiuere, ita Hector Achilli ſimilis fuit, Talibus nati progenitoribus ad fortitudinem utriq; ſunt educati, Achilles quidē ſub Chirone. Hector uero ſub Priamo, qui filio naturalia uirtutis documenta contulit. Itaq; cum ambo pariter ad uirtutē forent inſtituti, parē ſibi rebus geſtis gloriā cōpararūt. nā cū uirilem ætatem ingreſſi ſunt, eodem bello ſimile robur uendicarunt. primū enim Troianorum dux Hector fuit, dū q; uiueret, Troiæ propugnator extitit, & in bello a diis coadiutus perſtitit, ac moriendo Troiam diruendā præbuit, Achilles autem in bello gerendo totius græciæ princeps, & Troianis omnibus metuēdus pugnando ſuperior erat, Palladem q; coadiutricē i bello habuit, & cadendo a græcis glorioſam uictoriā abſtulit. ille quidem uictus a Pallade ſublatus eſt, hic uero ab Apolline ictus concidit, amboq; a diis ꝓgeniti, a diis interiere, a ꝗbus, & genus, et uitæ finē acceperūt. quantum igitur res ſimilis eſt utriusq; uita, & mors, tantū Hector Achilli ſimilis fuit. Superant multa alia de utriusq; uirtute dicēda niſi uterq; operibus, ac geſtis ſuis parem, admirandam q; gloriam haberet.

Educatio

Res geſtæ.

Epilogus

¶ Definitio Ethopœiæ.

ETopœia eſt imitatio moris ſubiectæ perſonæ, huius autem tres ſunt differentiæ, Idolopœia, ꝓſopopœia, Ethopœia. Eſt ꝗdem Ethopœia, quæ perſonā cognitam habet, ſed mores ſolum effingit, ut quos nā ſermones dicere potuiſſet Hercules imperante Euryſtheo hic enim Hercules cognitus eſt, dicentis autem mores ficti. Idolopœia eſt, quæ perſonam habet cognitam, ue-

Ethopœia.

Idolopœia.

rum tamen mortuū, & ad dicendū īpotentē, ut ī comœdia uel δημου populis finxit Eupolis, & Ariſtides in oratione ꝓ quatuor, unde etiā idolopœia ideſt idoli fictio nominatur. Proſopopœia eſt, quādo omnia finguntur, & mores, & perſona, quēadmodum Menander redargutionem finxit. redargutio enim neq; res eſt, neq; perſona, unde etiam proſopopœia ideſt fictio perſonæ appellatur. nā cū moribus perſona fingitur. Hæc igitur Ethopœiæ diuiſio, cuius aliqua eſt paſſiua, aliqua moralis, quædā mixta & paſſiua in uniuerſu; paſſionē ſignificat, ut quos nā diceret ſermões poſſet hecuba cadēte Troia, moralis ſolos mores affert, ut quos nā diceret ſermones uir mediterraneus primum mare conſpiciens, mixta, quæ utrunq; mores, & paſſionem complectitur, ut quos nam diceret ſermones Achilles ſuper patroclo mortuo deliberans pugnare. mores enim ſunt cōſilium, paſſio amicus mortuus. Conficies Ethopœiam dicendi forma dilucida, circunciſa, florida, diſſoluta, liberata ab omni perplexitate, & figura, eamq; diuides ꝑ capitibus in tria tempora, præſens, præteritum, & futurum.

Proſopopœia

¶ Quæ uerba dicere poſſet Niobe iacentibus liberis

Præſens

QValem cum quali cōmuto fortunam filiis orbata, olim multiplici ſobole glorioſa. nunc copia ad inopiā peruenit, neq; ſaltem mater unius exiſto, quæ prius multorum apparebā. quanto melius fuiſſet primum nunq̄ parere, q̄ in lachrymas parere. Quæ filiis priuātur matres ſterilibus longe infeliciores ſunt. nā quod in conſuetudinem uenerat, id fit admodum triſte ſi auferatur. ſed hei mihi ſimilem parenti fortunam ſuſtineo. Tātalo nata ſum, qui cum diis diſcū bebat, uerum po

P tūn

ſtea a deorū conſuetudine excedit, & Tantali filia genus infortuniis confirmo. conſueueram Latonæ, cuius cauſa infeliciter ago, nam eius familiaritatē in liberorū interitum accepi, deorumq́ conſuetudo mihi ad calamitates uergit. priuſq́ in amicitiā Latonæ uenirem beatior mater eram, ſed eius facta familiaris, quam plem multiplice ante illius conſuetudinem habuerā perdo, nuncq́ lugendum eſt mihi, & maribus, & fœminis interemptis. ſed luctus aliis in obitu filiorum honeſtior, mihi propter maximū dolorem negatur. Quo uertar? quos ſuſcipiam? quale mihi ſepulchrum ſufficiet cōtra perniciem omnium liberorum iacentiū? omittuntur iuſta mihi tot calamitatibus oppreſſæ. uerum cur hæc deploro? cum liceat a diis impetrare, ut me in aliam formā tranſmutent. ſolā ab infortuniis liberationē intueor, ſi commutabor ad inſenſibilia. quin immo magis ueror, ne in ſaxum mutata lachrymas fundam. Futuru

¶ Definitio deſcriptionis.

DEſcriptio eſt ſermo narratiuus rem ſignificatā ante oculos euidenter agens. Deſcribendæ ſunt perſonæ, & res, tempora, et loca, irrationalia ūalia, ad hæc plātæ, perſonæ qdē, ut Homerus ī odyſſea. Furuicolor, humeriſq́ rotundus, crine retortus. res aūt, quomō naualis pugna, aut pedeſtris, ut Hiſtoricus fecit. tēpora, ut uer, aut æſtas, diſerendo quot flores in ipſis pducuntur. loca, ut idem Thucydides Theſprotarum portum dixit tempeſtuoſum, quamq́ formam habeat. Qui perſonas deſcribere parat, opus eſt, ut a primis ad ultima pcedat, hoc eſt a capite ad pedes, res autem ab iis, quæ ante eas fuerunt, & quæcunq́ ab illis euenire ſoleant.

tempora uere, & loca, a circumtenentibus. Deſcriptionum aliæ ſunt ſimplices, aliæ coniunctæ, & ſimplices quidē, ut ſi quis pedeſtres, aut nauales pugnas deſcriberet, cōiunctæ uero, ut quæ res, et tēpora cōiungūt, ut Thucydides in Sicilia naualē pugnā deſcribit. nā poſt pugnam, quō gerebatur. diffiniuit ēt quō ſe hēbat noctu. Op; deſcribētes uti forma dicendi remiſſa, & deſcriptione; uarie figurare, omninoq; imitari res, quas deſcribes.

¶ Deſcriptio arcis Alexandriæ.

ARces ſane in urbibus ad communē cōſtructæ ſunt utilitatem, urbium enim uertices ſunt, ipſæ autem muniūtur non minus ædificiis, quam ciuitates muniunt. Et Athenienſium arx in medio Athenarum circumuallata fuit, at Alexāder ſuæ urbi quæ a ſe cognomentum accepit, arcē conſtruxit, quā; iuſtius licet acropoli; appellare, qđ in extremo urbis ſita ſit, quam illā, qua multū gloriantur Athenienſes. nam ferunt Alexandriæ arcē ita quodammodo ſe habere. Tumulus quidam a terra conſurgit uſq; ad multam procedens altitudinem, his ergo duobus rationibus Acropolis dicta, & quia ī ſummum erigitur, & quia in urbis extremo condita fuit. diuerſi ad hanc acceſſus, hac enim uiaducitur, illa uero aſcenſus eſt, appellationesq; uiæ mutāt ab effectu ipſo diuerſimode uocatæ. Nam hac licet pedibus ire, cōmuniſq; uia eſt in curru uectis, illa uero ſuſpēdūtur accliui aſcenſus, qua impoſſibile fit curribus uehi. ſcalæ eni; ſuper ſcalas ſemper conſurgunt, utpote ab humiliori loco in altiorem agentes, neq; deſinunt donec ad centum gradus peruenerint, hic enim numerus finis ſcalarum eſt. Veſtibulum ſcalis annectitur mediocribus circum

ſeptũ cancellis, quatuorq́; conſurgũt maximæ colũnæ, quæ multiplices uias in unum ingreſſum ducũt columnis ſuper imponitur quædã domus, quæ mediocres multas columnas oſtendit diuerſorum colorum ideo comparatas, ut affixæ ſtructuræ ornamento forent. Tectũ domus rotundum, in quo cœlum cum ſyderibus cœlatum eſt. ipſam ingredienti arcem in quatuor æqualia latera unus locus diuiſus eſt, cuius machĩæ figura quadrata exiſtit. Aula autem in medio circumquaq́; colũnis ſuſtinetur, & aulæ quidem porticus ſuccedũt, porticus autem æqualibus maximis columnis diſtinctæ ſũt. Vna quæq́; porticus terminatur ad alterã tranſuerſa; & binæ columnæ in alteram porticum intercedunt, in alteram rurſus deſinentes, ab altera rurſus incipientes. intra porticus ſunt domus ante ædificatæ, quæ partim librorũ armaria ſtudioſis ad lucubrandũ expoſita ſũt, & uniuerſã ciuitatẽ ad ſcientiarũ facultatẽ aduocant, partim uero ad uenerationẽ ueterũ deorũ. Lacunar aũt porticuũ deauratũ, & colũnarũ capita elaborata, auroq́; illita ſunt. Aulæ ornamentum uariũ, qđ partim geſta Perſei continet. in medio quædã altiſſima columna erigebatur, quæ loci illius uelut index erat. ſi qs. n. ingrediebatur, nequaq̃ quo uaderet, intelligebat, niſi columna ꝓ ſigno utebatur, illa etiam terra mariq́; arcem conſpiciendã præbebat. In uertice columnæ rerũ principia circũſtabant. & in medio aulæ quoddã ædificiũ erigbeatur diuiſum in tot portas, quot denominationes a diis antiqs acceperũt. Duo aũt obeliſci lapidei cõſurgebãt, fonſq́; laudabilior, q̃ ille q Athenas a Piſiſtradis deductus fuit. Et qđ mirũ icredibileq́; uidetur, duode

cim fabros habuit uniuerſa acropolis cōſtrūctio ad deorum numerum, utpote uno non ſufficiēte ad huiuſmodi ſtructura;. Ab arce deſcendētes hac qdem locus planus ſtadio per q̄ ſimilis excipit, unde etiā ei loco factū eſt nomen, illa uero alius locus in eā quæ ſuperior diſtinctus, ſed illi planicie, & magnitudine impar. Itaq; huius arcis forma p̄ſtantior eſt, q̄ ut uerbis exprimi poſſit. Si qd aūt omiſſum, id miraculi cauſa factum eſt. nā quia dici commode non poterat, ideo p̄termiſſum.

¶ Definitio cauſæ.

Cauſa quā græci Theſin dicunt, eſt iſpectio alicuius rei cōſyderatæ. Cauſarū aliæ ſunt ciuiles, aliæ ſpeculatiuæ ciuiles qdē ſunt, quæ actionē rerū habent ad ciuitatē p̄tinentiū, ut an nubendū, an nauigandum, an ædificādu;. hæc. n. oia ſi fiāt res ciuiles cōtinēt. ſpeculatiuæ uero, quæ ſola mēte cōſiderātur, ut an rotundū ſit cœlū an multi ſint mūdi. hæc. n. hoīb9 i actionē nō ueniūt. ſola āt mēte cōſiderātur. Differt Theſis ab Hypotheſi, qd' hypotheſis hēt circunſtātiā, theſis uero circunſtātiā nō hēt. circūſtātia āt ē p̄ſona, res, cā, & reliqua, ut hoc, an ædificādū, cōſideratio nō hēt p̄ſona;. Hoc. n. aduenietibus Perſis Lacedæmonii deliberāt mœris Spartā munire, hypotheſis ē, p̄ſonā. n. hēt. Lacedæmonios cōſiderātes, rē uero, mœnibus munire, cā; aduenietes Perſas, Theſis i p̄exercitamētis primū contradictionē, et ſolutionē ſcd'm qōnē admittit. Diuiditur ergo Theſis primum qdem in ephedum ſic appellatā. i. in p̄œmium ex directo tendens ad narrationē, nā illam procemiorum loco dices, deinde uteris finalibus locis legitimo, iuſto, utili, poſſibili,

Theſis hypotheſis

Cauſa an deſponſandum.

QVi aliquã rẽ breuibus cõmẽdare quærit, nuptias laudet; quæ cœlitus datæ cœlũ diis replẽt, et parẽtes ſunt deorũ, a quibus patris nomẽ pceſſit, deosq; pducẽtes reliquos uniuerſos generãt, et morti ſubiecta pter eũdo, ea nuptiis durare p ſucceſſiões excogitarũt. Primũ quidẽ hoĩes ad fortitudinẽ exhortãtur nam qa per nuptias liberi pducũtur, quibus bella gerũtur, muneribus ſuis fortitudinẽ pſtãt. deĩde ad iuſtitiã cũ fortitudĩe nos inſtituunt, qđ reſpectu filioru; uerẽtur hoĩes iniuſta patrare, iõ nuptiæ iuſtos, et fortes efficiũt. pterea reddunt prudẽtes, du; parẽtes excitãt ad puidendu; cariſſimis liberis. ad hæc(qđ mirũ ẽ)nuptiæ ſecu; tẽperãtiã ferunt, et uoluptatũ copiæ tẽperata uita cõmixta eſt. nã qa legẽ uoluptatibus ĩponunt, iccirco p legẽ pbẽt cum tẽperãtia uoluptates, quæ p ſe rephẽdũtur, at cum nuptiis laudãtur. Igitur ſi nuptiæ deos, et poſt hos reliqua aĩalia pducunt fortes, iuſtos, ſapientes, tẽperatos efficiunt, quõ totis uiribus nõ eſt enitendu;, ut eas cõmẽdemus? ſane dices. at calamitatu; cũ nuptiæ ſunt? fortunã mihi uideris nõ nuptias accuſare. nã quæ male patiuntur hoĩes, ea cauſat fortuna nõ ãt nuptiæ, quæ uero mortalibus abunde largiuntur, hæc nequaq̃ ſunt fortunæ lucrum. Quare potius laudandæ ſunt nuptiæ propter bona, quæ ſecum ferunt, q̃ propter mala quæ fortuna præbet, accuſandæ. Quod ſi etiam, quæ hoĩbus peſſima eueniunt nuptiis aſcriberemus, ideo ne erit ab illis abſtinẽdu;? an quæ ſunt difficultates, et moleſtiæ in illis rebus nos a negotiis remouent? Si placet quaſcunq; artes diligenter ſcrutare, inuenies in unaquaq;

Procemiũ ex directo

contradictio

ſolutio.

aliqd rephenſiōe dignū·agricolas moleſtāt tēpeſtates,
& grādinis calamitates conficiūt, nō tamē qa agrico-
las moleſtāt tēpeſtates, ideo ab agricultura recedūt; ſed
in excolēda terra perſtāt, & ſi aliqd e cœlo illos contri-
ſtet. rurſus īfortunati ſunt nautæ, & naues ingruente
tēpeſtate perdunt, tamē ob iſta a nauigatione nō deſi-
ſtūt, qđ in qbuſdā male paſſi ſunt, ſed infortunium ad
fortunā, copiā deuectā ad mare referūt. pterea & pu-
gnæ, & bella bellatorū corpora perdūt, neq; tamē pu-
gnas deſerūt, qđ pugnādo cadunt. ſed qa bellū gerēda
laudātur, cadere contēti ſunt, malūq; bono contegunt.
nō. n. ppter mala fugienda ſunt bona. ſed bonorū cauſa
ſuſtinēda ſunt mala. Igitur nō ne abſurdū eſt, agricolas
& nautas, pterq; iſtos, milites bonorū gratia aſpera cō-
tra ſe ferre? nos uero nuptias ſpernere, qa aliqđ triſte ſe-

Contradictio

cū trahūt? Sane dices, ſed mulieribus uiduitatē, filiis or-
bitatē ītulerūt. hæc ſunt mortis mala nota iā nobis a na-
tura dari. tu aūt mihi uideris nuptias criminari, qa non
efficiāt hoīes īmortales, et mortales pares diis nō fecerīt
Dic mihi cur nuptias accuſas p his, quæ mors operatur?
cur nuptiarū eſſe dicis, quæ naturæ ſunt? concede cade-
re, quod natum eſt, ut cadat. qđ ſi qdem cadunt hoīes,
quia nati ſunt, & cadendo uiduas coniuges, orboſq; ex
ſe natos faciunt, cur nuptias dicis efficere, quæ ſolū a
natura fiūt? ego cōtra ſentio, nuptias orbitatē, et uidui-
tatē emēdare. Mortuus eſt alicui pater? & hoc modo
filius factus eſt orbus? at aliū patrē orbo nuptiæ cōtule-
rūt. quare hæc calamitas a nuptiis nō pcedit, ſed poti-
us nuptiis cōtegitur, quæ orbitatē nō afferūt, ſed auferūt
Proinde natura per mortē uiduitatē īducit. eā per matri-

monium

monium nuptiæ remouēt, quā.n. uiduā mors efficit, nu ptiæ tanq̄ ſui numeri cōſeruatrices alteri uiro cōiūge re p̄ſtitere. nā quæ primū cōtulerūt, ſi auferātur rurſus cōcedūt. Quare uiduitatē auferre nō afferre cōſueuerūt nuptiæ. p̄terea pater a morte filiis priuatur, & amiſſo priore alterū ſuſcipiēdo pater iterū fit, cur ergo in nu ptiis culpas pulchra nuptiarū dōa? mihi uideris nolle nuptias rep̄hēdere, ſ; laudare, nā q̄a ipuliſti me nuptia rū mūera cōnumerare, iccirco nuptiarū factus es lauda tor, nō āt accuſator, dū nuptias accuſādo cogis nos illas cōmēdare, et nuptiarū calūnias i beneficiorū catalogu; uertis. Sane dices. ſ; nuptiæ laboribus honuſtæ ſūt. At q̄s melius q̄ nuptiæ laborē remittere nouit? oēs labo res p nuptias tollūtur. reges penitus ē. Venire i cōſuetu dinē cū uxore. q̄tū ē uero cū muliere cōcūbere? q̄ta cū uoluptate filius expectatur, et expectatus editur? na tusq; patrē appellat? et ad p̄feſſiōis alicuius ſtudiū ua dit? et patri coadiutor exiſtit? i frequētiaq; populi con cionatur? Patrē i ſenectute alit, demū talis euadit, quā lē optimū fieri oportuit? Nō poſſū paucis cōplecti quæ bōa comitētur nuptias, quæ adeo ſunt admirādæ, ut & deos p̄ducāt, & mortales uideri deos p̄ſtēt illos cōtinue reparādo, q̄q; nuptiis initiātur, iuſtitiā colunt, & tēpe rantiā reſpiciunt, abundeq; uoluptatibus licitis, et p̄ba tis fruuntur. Quare optime conſtitutum eſt, ut in pri mis nuptias plurimi faciamus.

Contra dictio. Solutio. Vtili. Poſſibili. Legitio Epilogus Iuſto

¶ De legis promulgatione.

PRomulgationē legis q̄dā p̄exercitationē eē tradide rūt. ē. n. fere tota hypotheſis, nō tamē oia ſeruat, q̄ ſūt i hypotheſi, i ipa nāq; p̄ſona cognita itroducitur, un

de maior eſt theſi, minor hypotheſi. qa oino ſub quadã figura pſonã recipit, maior eſt theſi. ſed qa manifeſtã nõ habet circũſtãtiã, minor eſt hypotheſi. Ergo legis ꝓmulgatio duplex eſt exercitatio, defenſio, et accuſatio legis cõditæ. Eſt aũt lex inuẽtũ, et donũ deorũ, cõium aũt cõ-

Lex. ſenſus ciuitatis, correctio delictorũ tã ciuiliũ ꝗ criminaliũ. Hæc qdẽ eſt diuiſio ꝓmulgatiõis legis, Ipſaq; cõficies iiſdẽ capitibus, qbus negocialẽ, legittimo, iuſto, utili, poſſibili. procemia facies legi accommodata, poſt quæ pones caput appellatũ contrariũ, deinde prædicta capita, unde etiam in hoc differt a theſi. ¶ Accuſatio huius legis iubentis adulterum in ipſo adulterio interfici.

Procemium. Neq; penitus legẽ laudabo, neq; omnino ſcriptũ accuſabo. nã quia mœchorũ crimina tollit, hãc cẽſtitutionẽ comprobo, damno autem qd' iudicibus nõ pmiſerit hoc crimẽ diſcerni. ſi quidẽ uerebatur, ne iudices donis corrũperẽtur, ideoq; iudicãdi uis illis abſtulit, arguitur qd' de iudicibus male ſentiebat. ſinautẽ exiſtimauit uos iudices integerrimos. ut eſtis, quo modo cõueniẽs eſt, laudare quidẽ iudices, ſed iudicandi ius auferre iudicibus? Omnes igitur aliæ leges, quæ legibus contrariæ ſunt, ſi contrariæ ſunt inſtitutis harũ ciuitatũ. ſaltẽ cũ aliis conueniũt. at ſola præſens lex omnibus cõtraria lata eſt, Vi-

Contrarium. demini autẽ mihi lõge prudẽtius poſſe, hãc legẽ examinare, ſi quæcunq; in rep. noſtra conſtituta ſunt, examinaueritis. Imperatores, ſacerdotia. decreta oĩa, (ut ita diximus) quæcunq; in bello digna præmio gerũtur, ueſtro iudicio ſubiecta ſunt, imperator creatur ſuffragio ueſtro, ſacerdotiũ gerit, quẽ iudices cõfirmarũt & qd' a partibus decernitur, ſi populus iudex ſanciuerit, ꝑ ratũ

habetur. neque ſtrenui in bello præmiis donantur, niſi prius a iudicibus ea fuerint diiudicata. Quomõ igitur nõ abſonũ oĩa iudicibus ſubeſſe, ſolã aũt præſentẽ legẽ iudicũ ſuffragiũ ſubterfugere. Sane dices. ſed atrocia ſunt mœchorũ crimina. Quid aũt homicidarũ ſcelera nõ ſunt maiora? putamus ne ꝓditores aliis ſceleſtis minores? nõ ne ſacrilegi ꝓditoribus peiores ſunt uerũtamẽ in his criminibus depræhẽſus iudicũ examini ſubiacet neque ꝓditor pœnas luit, niſi crimẽ accuſator cõprobauerit. neq; fas eſt aliq̃d mali pati ſacrilegos, priuſq̃ indices delicta cognouerint. Ergo nõ ne abſurdũ maiora crimina pœnã apud iudices luere? neq; aliq̃d horũ cõdemnari niſi iudicibus decernẽtibus? mœchũ ſolũ ſine cognitiõe interfici? quẽ in primis oportuit q̃a leuior in eo, q̃ in cæteris culpa eſt, iudicũ examini ſubiicere, At quid differt mœchũ occidere, an tradere iudicibus, ſi par ab utriſq; ſuppliciũ ſubibit? q̃tũ differt iter tyrãnũ et legẽ, iter popularẽ ſtatũ et unius pricipatũ, tãtũ iſta inter ſe diuerſa ſũt, nã tyrãnus occidere põt quẽcũq; uoluerit, lege ãt cõiũctũ necare licet, populus q̃dẽ quæcũq; i cõuẽtu cõſiderat, examinationi ſupponit, at rerũ dominus etiã indicta cã necat. cõtra populus, et lex indicta cã nõ occidit. ſed diuerſa ab rerũ dominis & tyrãnis facit. Quo igitur nõ diuerſu; ẽ mœchũ occidere q̃ tradere iudicibus ad hæc q̃ mœchũ ſui cauſa interficit, ſe dominũ rei facit, at q̃ illũ apud iudices poſtulat, dominũ rei cẽciliũ iudicum facit, melius ẽ ſane iudicẽ, q̃ accuſatorẽ dominũ fieri. ꝑterea q̃ adulterũ ſui cã necat iniuſte necaſſe ſuſpectus ẽ. at q̃ iudicãdũ offert, ſola iura tutari uidetur. Sane dices. ſed ſi ſtatim occiderit, atrocius ſuppliciũ ſubibit. q̃a ſi ad indices

Contradictio. Solutio.

Contradictio. Solutio.

Contradictio, Solutio.

deferretur, illã tpis itercapedinẽ ꝑ lucro hẽbit. Immõ
Contra- ſi indicibus ſubiicietur ſecus fiet, nã iterea triſtiorẽ uitã
dictio. ſuſtinebit, q.n. pœnã expectat maius ſuppliciũ ſentit,
Solutio. ꝙ ſi paſſus eẽt, et pœnæ ꝓcraſtiatio pœnæ uidetur addi
tio, quiq; mori credet ſæpius morietur, grauiuſq; erit
mortẽ expectare, ꝙ mori. Quare ſi derepẽte necabitur
adulter nõ ſentiet, iprouiſa pœna ſenſũ aufert, iſperata
mors dolorẽ nõ ſentit, ſæpius ãt expectata ſemel uero
illata pœnas expectatiõe cumulat. Igitur ex cõpatiõe
cõſiderate, an atrocius ſit adulterũ iprouiſa uel dilata
pœna necare. nã accuſator reſpectu ſui adulterũ interi
mẽdo nullũ ultiõis ſuæ teſtẽ hẽat, ſi indicibus examinã
dũ tradiderit, multos pœnæ ſpectatores hẽbit. triſtius ãt
eſt pœnæ genus, q̃ multis ſpectãtibus infertur. Alioq̃
expedit adulteris ut clã iterimãtur. nã multi ſuſpicabũ
Contra- tur nõ adulterii, ſ; inimicitiarũ cã cõcediſſe qđ ſi ſub iu
dictio. dicibus rei pacti fuerit moriẽdo iuſtiſsimũ ſuppliciũ pa
Solutio. tiũtur. quare adultero ꝓdeſt, ut occulte trucidetur, ne-
Legitio. q; iudicibus tradatur. Res atrox ẽ adulter, ut q oẽ ini
Vtili. qtãtũ genus exceſsit. Ergo primũ reprobetur, de ide ex
crucietur potiuſq; iudicetur, ꝙ pœnã idicta cã luat.
Poſsibili Nã ſi adulter publice necabitur, parẽtibus uer iore; da
Iuſto bit filiorũ ſobolẽ nõ. n. i poſterũ ſublatis adulteris dubita
bitur, cuius fuerit aliqs filius. Adulteriũ cõe nature ſce
Adulte- lus ẽ, unde cẽt cõe indicũ ſuffragiũ tãtũ facinus tollat.
rium qd ꝙtũ ego uereor, ne qa adulter clã iterficitur, multos ſui
ſi:es reliquat nã quoniã neſciunt, cur occidatur, iccirco
alii imitabũtur, & hmõi pœna nõ finis ſ; pricipiũ erit.

FINIS Con, Deo. Aphthonii præexercitamen-
torum Io. Ma. Cata. interprete.

LVCIANI·SERMO QVOMODO conueniat hiſtoriam conſcribere.

ABDERITAS AIVNT REGNAN
te Lyſimacho.o ꝑbe Philo ĩ quędã talẽ mor
bũ ĩcidiſſe.nãq; primũ oẽs paſsi; febre initio
ſtatĩ ualida,et cõtinua correptos,ſ; circa ſeptimũ diem
ꝗbuſdã copiã ſãguinis e naribus defluxiſſe,aliꝗbus mul
tũ ſudorẽ manaſſe,ꝗ ſane febrẽ reſoluit,at ridiculo quo
dã morbo eorũ mẽtes circũuenit,nã oẽs ad tragœdiã cõ
uertebãt,et iãbica clamabãt,maxĩe ãt Euripidis Andro
medã recitabãt,Perſeiq; ſermonẽ cãtãdo diſerebãt,refer
taq; ciuitas tota erat illorum pallidorũ & graciliũ tra
gœdorum,qui ſeptimo die cõualuerãt multũ exclamã
tium inter alia Euripidis illud,Tu ãt o deorum tyrãne
& hoĩum amor,donec ſupueniẽte hyeme,et uehẽmẽti
frigore ab ĩſania liberati ſunt.Huius rei cãm Archelaũ
ſumma illa tẽpeſtate tragœdũ fuiſſe puto,ꝗ Androme
dã tragœdiã Abderitis media æſtate ĩter calores inten
ſos recitauit,ut multi e Theatro cũ febre diſcederẽt,et
cõualeſcẽtes rurſus ad tragœdiã ꝓlaberẽtur,cũ eis An
dromedæ mẽoria diu ĩhæreret,et ſingulorũ animis Per
ſei,Meduſæq; recordatio adhuc oberraret.Itaq; ut ĩ ꝓ
uerbio eſt,unũ unũ cõferre,ita Abderitanus ille morbus
noſtro ſeculo eruditorũ multos ĩuaſit,nõ ut tragœdiã
recitẽt,iccirco.n.illi minus ĩſaniebãt qđ alienis iambis
nõ uulgaribus afflati erãt:ſed poſtq̃, q̃ nũc ĩtuemur,
mota ſunt,bellũ.ſ.cõtra barbaros,et clades ĩ Armenia,
crebræq; uictoriæ,nemo ẽ,ꝗ hiſtoriã nõ ſcribat,ꝗn imo
oẽs ſunt Thucydides,& Herodoti,Xenophõteſq;,et u

riſſimũ illud fuiſſe uidetur, qđ dicitur, bellũ oĩa gigne
re. ſiqdẽ una clade tot hiſtoricos ꝓduxit, Quod cũ in-
tuerer, & ſentirẽ amice, Diogenis Sinopẽſis illud mihi
in mẽtẽ uenit. nã quãdo ferebatur Philippus expeditio
nẽ facere, oẽs Corinthii erãt in motu, & opere. alius ar-
ma parabat, alius lapides portabat, alius mœnia reficie-
bat, alius pinnaculũ cõfirmabat, alius neceſſariũ aliqđ
ſubminiſtrabat, quæ cũ uideret Diogenes (erat enĩ otio
ſus, qa nemo opa eius ad aliquã rẽ utebatur) pallio di-
ſcinctus diligẽter admodũ & ipſe doliũ, in quo habita
bat, ſupra & infra Craniũ uoluebat. ĩterrogatus a quo
dã amico cur hæc facis Diogenes? et ego inqt doliũ uol
uo, ne inter tot operãtes ſolus otioſus eſſe uidear. Igitur
o Philo ne ſolus ipſe in tã loquaci tpe mutus ſim, neq;
ut cornicus ſatelles oſcitabũdus ſilẽtio præterear, exiſti
maui rẽ laudabilẽ me facturũ ſi poſſe; doliũ uoluere, nõ
hiſtoriã cõſcribere, neq; res geſtas narrare, nõ enĩ; tãtũ
audeo, neq; hoc ꝓ me timeas, nã ĩtelligo quale periculũ
ſit ſi aliqs cõtra ſaxa uoluit. ꝓſertim cõſidero quale ſit
hoc meũ doliolũ, neq; admodũ bene cõpactũ, mox enĩ;
oporteret teſtas colligere, cũ ad paruũ aliquẽ lapillũ of
fenderet. Quid igitur decreuerĩ; & quõ tute particeps
ſim belli ipſe extra teli iactũ cõſtitutus tibi diſerã. nã ui
deor optĩe facturus, ſi a fumo, et unda, curiſq;, qbus hi
ſtorici ĩplicãtur, abſtineã, modeſte autẽ admoneã, leui-
terq; ſcripturos aduertã, ut extremo digito calcẽ tãgẽ-
do, ſi nõ ĩſcriptiõis, at ſaltẽ ædificii ſtructuræq; parti-
ceps ſim; Atq multi in cõponẽda hiſtoria nõ exiſtimãt
oportere uti pceptis nõ magis, q̃ arte aliq̃ ad gradiẽdũ,
aut aſpiciẽdũ, aut comedendũ, ſed q̃ facillimũ, et prõptũ

& uniuſcuiuſq; rentur hiſtoriã cõſcribere, ſi qs exprimere poſſit, qđ intẽdit. At ipſe qdẽ noſti amice hoc nõ eſſe tractatu facile, neq; compoſitu ſupinũ, ſed ſi qd eſt aliud in omni ſcriptorũ genus, qđ multa indigeat cura hoc ĩprimis eſſe, modo aliqs (ut Thucydides inqt) hiſtoriã cõponat ad æternã rerũ memoriã. Scio qdẽ illorũ nõ multos me emendaturũ quimmo aliqbus uiſurũ perq̃ moleſtũ præſertim qbus iã abſoluta, & publicata eſt hiſtoriá qđ ſi etiã laudata fuerit a præſentibus auditoribus, furor eſſet. ſi ſperarẽ, qđ tales mutarẽt uel emẽdarent aliqđ iã cõprobatũ, & tanquã in regias aulas receptũ. Veruntamẽ talibus non obfuerit, qđ admonemus, ut ſi forte bellũ aliud a Celtis cõtra getas, aut ab Indis in bactrianos ſuſcitaretur (nõ enim contra nos aliqs audiret, cũ iã omes ſubiugati ſint) melius cõponere poſſint ſi hãc regulã ſeruauerint, modo recta illis eſſe uideatur ſi minus ipſi tunc eadẽ ulna qua nunc ſe metientur, medicus non admodũ triſtabitur ſi ſponte oẽs abderitæ Andromedã recitabunt. Decreuimus autẽ hoc opus in duo partiri, ut doceamus, quæ eligenda, quæq; uitanda ſint age primũ dicamus quæ fugienda rerũ ſcriptori, qbus maxime abſtinendũ, deinde qbus ſi utetur, a uero, et ad rectũ ducẽte tramite nõ errabit, quali præfatione illi ſit ĩcipiẽdum q ordo geſtis adaptãdus modus uniuſcuiuſq;, quæ tacẽda, qui patet ĩmorandũ, quæcunq; melius ſub cõpẽdio tractãda, quomõ ipſa explicãda, et cõiunganda hæc et hmõi poſterius dicẽtur nũc ãt quot uitia male ſcribẽtes cõitẽtur dicamus. Igitur cõia oiu; ſermonũ peccata in uerbis, cõſtructione, ſenſu, aliaq; quæ ſine arte lõgũ eſſet recẽſere, neq; pſenti materie pprium. nã ut di-

Auth. inten.

xi in uerbis et cõpoſitiõe pctã ſunt oium ſermonũ cõia
at i hiſtoria errores tales obſeruãdo repies quales mihi
ſæpius audicti uiſi ſunt, p̃ſertim ſi oibus his aures apue
ris. Interea nõ intẽpeſtiuũ quædã excpli cã iã ſic cõſcri
pta memorare, primũq; cõſiderabimus quale peccatu;
illud. nã ipſorũ multi geſta referre negligentes prĩcipũ
& ducũ laudibus ĩmorãtur, domeſticos extollẽdo, ho
ſtes ultra modũ deprimẽdo, neſciũq; nõ anguſto iſthmo.
& muro a laude ſeparatur, & interſepitur hiſtoria ſed
igẽs iter utrãq; paries, et ſane muſicorũ illud bis diapa
ſon ad iuicẽ ſit, ſi qdem laudator hoc unũ curat, ut quo
mõ cũq; p̃dicet, & oblectet, quẽ laudet. & ſi mẽtiẽdo,
qd intendit, eueniat cõſeq parũ utiq; curabit. At hiſto
ria nullũ penitus mendaciũ ĩtercidens neq; ĩtẽpeſtiuũ;
admittit nõ amplius q̃ medici iuniores dicũt. aſperam,
quæ ad pulmonẽ tendit arteriã aliqd deglutitũ ĩ ſe reci
pere. Ad hæc tales neſcire uidetur, qd poeſis, et poemã
tum p̃cepta, & regulæ ſunt aliæ, aliæ hiſtoriæ, illic, n.
inſana libertas, & lex una, qd uiſum poetæ fuerit nã
diuinus, & a muſis iſpiratus eſt, & ſi equorũ alatorũ
currũ cõiugare uellet, et ſi ſupra aquã alios, aut ſũmas
ſup ariſtas curſuros cõſcẽdere finget, nulla naſcitur in-
uidia neq; cõſiuis. Iupiter una cathena ſimul trahendo
terrã, et mare ſuſpẽdat, timẽt ne illa refracta cõfuſa oĩa
cõterantur, uerũ ſi Agamẽnonẽ laudare uolunt, nullus
obſtabit ipm Ioui caput, et oculos ſimilẽ, pectus fratri
eius Neptuno, zonã Marti, deniq; licet Atrei et Aero
pes filiũ ex oĩbus diis cõpactũ fingere neq;. n. ſatis eſt.
iupiter, neptunus, mars; neq; ſolus aliquis ad ipſius
pulchritudinẽ explẽdã hiſtoria uero ſi aliq̃ ſimilẽ adu

latione accerſat, q̃d aliud erit q̃ poeſis quædã pedeſtris ſine illa dicẽdi ſublimitate quæ reliquã mõſtruoſitatem menſura carminũ denudatã et rõ notabiliore; oſtendit. Magnũ igitur, q̃nimo p q̃ magnũ hoc uitiũ ẽ, niſi ſciuerit aliqs diſcernere, quæ ſunt hiſtoriæ, quæq; poeſis, ſed hiſtoriæ fabulã, et laudẽ, in his q̃ exceſſius alterius facultatis ornamenta iterponat, ut ſi qs athletarũ aliquẽ ualidũ, et admodum robuſtum purpura, alioq; meretricio ornamento circũdet, et faciei fucũ, cæruſámq; iurat Hercules, q̃ ridiculũ ipm ornatu illo deturpãdo reddet. neq; hoc dico nõ eſſe ĩterdũ in hiſtoria laudãdũ, ſed opportune ſi fiat laudandũ, moduſq; rei adhibẽdus eſt, ne hæc moleſta ſint in poſterũ lecturis, deniq; minoribus talia prudenter tradenda, quæ paulo poſt monſtrabimus. Quicũq; hiſtoriã ĩ duo partiti, ĩ delectabile, & utile recte opinantur; quare laudẽ ĩ ipſam ĩtroducũt, ut lectores oblectet, et lætificet, noſti q primũ hac adulterina diuiſione utũtur, q̃tũ falluntur. nã unũ hiſtoriæ officium et finis utile, qđ a ſola ueritate colligitur, melius ãt ſi et ipm delectabile cõſequatur, quẽadmodum pulchritudo athletæ, ſin minus nihil offẽdet ab hercule pgenitũ Nicoſtratum Iſidori filium generoſum, et duobus aduerſariis fortiorem, ſi q̃dem uiſu turpiſſimus idem ſit, fortiſſimus dĩt Alcæus Mileſius ut fertur a Nicoſtrato dilectus cũ ipſo decertet. Itaq; hiſtoria ſi alioqui delectabile pter ſpem mercetur, multos poſſet amatores pellicere. dummodo pfecte contineat, qđ illi ppriani eſt, ueritatis declaratione; dico, pulchritudinem parum reſpiciet. Illud inſup operæ pretium erit admonuiſſe, qđ aeq; ĩ ipſa p q̃ delectabilis eſt res fabuloſa, neq; ĩgens laudũ cumulus apud audito-

historie officii et finis,

res utriuſq; nã neq; colluuiẽ, neq; igẽtẽ pullatorũ coronã conſiderare debemus. ſed iudicũ more, & p Iouem ampli⸗ us cũ reprehenſione audituros, quos nihil p̃termiſſu; la⸗ teat acutus argo, & ab omni corporis parte intuentes, qui menſariorũ more ſingula dicta examinent, ut ſtatim detenſa reiiciant, ꝓbata, legittima que & exacta ad for⸗ mã recipiant, quos hiſtoricus in componẽda hiſtoria habe⸗ re iudices debet alios parũ curare etiã ſi laudando diſrũ pantur. ſin autẽ illos negligendo hiſtoriã præter regulã fabulis, & laudibus. aliiſq; adulationibus condies, q̃ primũ ipſa; lydienſi Herculi ſimilẽ efficies. uériſimile eſt enim alicubi te uidiſſe hũc in pictura extraneã admo⸗ dũ ſtollã indutũ Omphalæ ſeruiẽtẽ, eã uero ipſius leoni⸗ nã pellem ueſtitam, clauamq; manu geſtantẽ, tanq̃ ſi Hercules foret, at illũ in crocea, & purpurea ueſte lanas carminantẽ, ſoleaq; ab Omphale percuſſu; et ſane ſpecta culũ turpiſſimũ erat ueſtis corpori non cohærens, neq; ſa⸗ tiſfaciens, deniq; uirile robur turpiter effœminatũ, Forte uulgus hæc tua ſcripta laudabit, pauci uero illi, quos tu deſpicis, dulciter admodũ, & ad ſaturitatẽ ridebũt, cũ ui⸗ derint diuerſorũ generũ inconueniẽtiã, & ineptitudine; difficileq; rei conglutinationẽ. nã unicuiq; quod propriũ eſt, id pulchrum eſt ſi autẽ hoc permutaueris, idem præ⸗ ter uſum fit indecorum. Omitto dicere qđ laudes ei qui laudatur forte ſunt oblectabiles, aliis uero moleſtæ, præ⸗ ſertim ſi tranſnaturales exceſſus habeant, quales multi elaborant beniuolentiam ab his qui laudantur uenando, pluribuſq; immorando, donec omnibus ex profeſſo adu⸗ lationem detegant. Ne que id ex arte tractare norunt, neque adulationem inumbrant, ſed irrumpendo omnia

coniuncta, et incredibilia, nudaq́; narrant, ut quod maxime cupiunt, non conſequantur, nam qui ab ipſis commẽdantur, potius eos oderunt, & tanq̃; adulatores abhorrẽt imprimiſq́; illos muneribus afficiunt, q̃ libera animi uerba protulerunt, quemadmodũ contingit Ariſtobulo, q̃ ſingulare certamẽ Alexãdri, & Pori ſcripſit, dũq́; illi maxime hunc hiſtoriæ locũ legeret, exiſtimabat enim regi gratiſſimã rẽ facere, ſi mentitus eſſet, ei quædã præclara geſta in maius & ſupra ueritatẽ extollẽdo, Ille igitur libellum præhendens (nam forte nauigabant in fluuio Hydaſpi) pnũ abiecit in aquã ſuperaddẽs, etiã ſic te oportuit Ariſtobule ſubmergere, q̃ talia de me ſingulari certamine præliãte, & elephantos haſta conficiente oblocutus es, adeo uidebatur excãdeſcere Alexãder, q̃ neq́; architecti auſum patiẽter tulit, dũ pmitteret facturũ Athõ ad imaginẽ eius & trãſformaturũ mõtẽ ad regis ſimilitudinẽ, quare hoĩem illico adulatorẽ diiudicãs nõ amplius eo ad ſimilia utebatur. Igitur ubi delectabile eſt in his quæ ueritatẽ excedũt? niſi qs p quã ſtultus eſſet, ut laudatus talibus gauderet, quæ facile refelli poſſint, quẽadmodũ deformes hoĩes, et maxĩe mulierculæ, quæ pictoribus mandãt, ſe quã pulcherrimas depingi, putãt enĩ; ſe uenuſtiorẽ aſpectũ habituras, ſi pictor illas plurimo rubore colorauerit, et multo fucco albũ miſcuerit, Tales multi noſtro tẽpore ſunt hiſtoriã cõſcribẽtes, q̃ tãtũ pcurãt qđ ppriũ ſibi, quodq́; utile ſit, id qđ oĩ adulãdo ex hiſtoria ſe habituros ſperãt, quos merito oporteret ediſſe ut pote ad præſens manifeſtos, rudeſq́; adulatores in futurũ totã rem geſtam exceſſibus ſuſpectam reddentes. Quod ſi quis omnino putat delectabile permiſcendum hiſtoriæ atque ea

preſertim, quæ cum uertate in aliis orationis exornatiõi bus delectant, non fallitur, quæ multi negligentes incon grua ĩtroducunt. Itaq; diſerã quot memini. Nup in ionia hiſtoricos quoſdã, et p Ioue; ĩ Achaia heri audiui hoc ip ſum bellũ ad gratiam narrantes. nemo dictis noſtris fide; non adhibeat, nam qđ uera ſunt, ẽt iurarem, ſi urbanum eſſet ſcripto iuſiurandũ ĩterponere. Quidã eorum ſtati; a muſis pricipiũ ſumpſit rogando deas, ut hiſtoria; coadiu uarent. Vides ꝙ cõcinnũ pricipiũ, et ipromptu hiſtoria, hmõiq; generi dicendi conueniens, deide cũ paulum pceſ ſit, Achilli noſtrum pricipẽ aſſimilabat, Therſitæ regem perſarum ignarus qđ Achilles pſtantior fuiſſet, ſi potius hectorem ꝙ Therſitẽ necaret, et ſi qdem aliqs ſtrenuus antefugeret, lõge uero pſtantior eũ iſequeretur. Deinde p ſe ipo quãdã laudẽ ĩtroducebat, qđ dignus erat deſcri bere res adeo pclaras, iam uero pcedens patriã ſuã Mile tum cõmendabat ſupaddens, qđ hoc melius Homero fa ciebat, q nulla; patriæ ſuæ mentionem reliqſſet, poſtea in fine pfatiõis palam et apte pollicebatur ĩ maius noſtra ele uaturũ, pricipiũq; hiſtoriæ ita ſumpſit, ut cãm cum belli exordio narraret. Sceleſtiſſimus. n. et peſſime pdẽdus Vo logeſus ob hanc cãm bellu; ĩcepit. hic qdem talia ſcripſit alius aũt Thucydidis æmulator ei ab archetypo enixe aſ ſimilatus pricipiũ, ut ille cum ſuo noĩe ſumpſit pricipiorũ oĩum elegantiſſimu;, et tymũ atticum redolens. Vide. n. Caſperius Calphurnianus Põpeiopolitanus ſcripſit bel lum iter Parthos, et Romanos quõ ĩuicẽ cõflixerunt; ab ipo ſtati belli appatu ĩcipiẽs. Quare poſt tale pricipiũ qd tibi reliqua dicã? ut quaĩa ĩ Armenia cõcionatus ſit ipm Corcyreum oratore; cõſtituẽdo, aut qualẽ niſibenis a ro

